Quelle: https://manuscripta.at/?ID=46681
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek



Sompnium igitur et interpta
tionem eius indicate mihi. Re
sponderunt secundo atque dixerunt
Rex sompnium dicat servis suis
et interptacionem eius indicabimus
ei. Respondit rex et ait. Certe
noui quia tempus redimitis sa
pientes quod recesserit a me sermo
Si ergo sompnium non indicaue
ris unicus iudicium est de vobis sententia.
Quod si interpretacionem quoque
fallaciam et decepcione plenam com
posueritis ut loquamini mihi
donec paululum tempus. Somp
nium itaque mihi dicite ut sciam
quod interpretacionem quoque eius
veram loquamini. Respondentes
autem chaldei coram rege dixerunt
Non est homo super terram qui ser
monem tuum possit rex implere
Sed neque regum quisquam magnus
et potens verbum huiusmodi
sciscitatur ab omni ariolo et ma
go et chaldeo. Sermo enim quem tu
rex queris gravis est. nec repe
ietur qui indicet illum in conspec
tu regis. exceptis dis quorum non
est cum hominibus conversacio.
Quo audito rex in furore et in ira
magna precepit ut perirent om
nes sapientes babilonis. Et es
sa sentencia sapientes interfice
bantur. Querebantur quoque daniel
et socii eius ut perirent. Tunc da
niel requisiuit de lege atque senten
cia ab arioch principe militie re
gis qui egressus fuerat ad inter
ficiendos sapientes babilonis. et
interrogauit eum qui a rege ac
cepit preceptum. quam ob causam
tam crudelis sententia a facie re
gis esset egressa. Cum ergo rem
indicasset arioch daniheli. Dani
el ingressus rogauit regem. ut
tempus daret sibi ad solucionem
regi indicandam. Et ingressus
est daniel domum suam. anania
que misaheli et azarie socios suos i
dicauit negocium ut quererent
misericordiam a facie dei celi. sup
sacramento isto et non perirent
daniel et socii eius cum ceteris
sapientibus babilonis. Tunc
daniel per visionem nocte mis
terium revelatum est. et daniel
benedixit deo celi et locutus ait. Si
nomen domini benedictum a side
lo usque in seculum. quia sapien
cia et fortitudo eius sunt et ipse
mutat tempora et etates et constituit
regna atque constituit. Dat sapi
encia sapientibus et scienciam
intelligentibus disciplinam. Ipse
revelat profunda et abscondita et
nouit in tenebris constituta et lux
cum eo est. tibi deus patrum nos
trum confiteor. te que laudo quia sa
pienciam et fortitudinem dedisti
mihi. et nunc ostendisti mihi q
rogauimus te. quia sermonem re
gis aperuisti nobis. Post hec da
niel ingressus ad arioch principem
quem constituerat rex ut perderet
sapientes babilonis et sic ei loqu
tus est. Sapientes babilonis ne
perdas introduc me in conspectu